

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Eidem

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

Christophoro Ruellio S. D.<sup>1</sup>

Quod iterum ad me scribis, specimen mihi præbes egregium non modò diligentie tue in literarū studijs, sed etiam humanitatis, quæ uim habet maximam ad assuefaciendum animum ad omnia uirtutis officia: ac planè uirtutum præcipuarū nutrita est. Gratulor igitur hanc indolem: & precor Christum, ut studijs fratris tui fauacat. Quod polliceris te præceptoris fore obsequē: facile est, inquit ille, imperium in bonos. Itaq; te quoq; præditum tali humanitate & suauitate ingenij, spero nusquam recta monentibus aut parentibus aut præceptoribus defuturum esse. Patri tuo, uiro optimo, salutes dices meis uerbis reuerenter: ac narrabis, me principi Moguntino meos Romanos misisse: eumq; honorificum munus donasse. Bene uale.

Eidem.

Dei beneficio heri ad Salinas peruenimus, non sine negocio eluctati, ex altissimis niuib; quæ uiā ita obruebant, ut agnoscere non posset. Sed, Deo ducente, nusquam procul via aberrauimus. Hec patri tuo, uiro optimo, meis uerbis narrato. Scio enim ei curæ esse nostrum iter. Tuos præceptores meis uerbis saluta. In Salinis de Viteberga nihil noui audiuiimus, nisi nuptias. Cras enim D. præfектus noster pompam nuptialem celebraturus est. Co-

Z. S. chlaus

chleus hic in Salinis adeſt, deliberat cum Croco de  
editione nescio cuius scripti. Bene uale. Die Domi-  
nica Esto mihi, 1533. Patri gratias ages nostris uer-  
bis, pro omnibus beneficijs que in nos summa hu-  
manitate contulit.

Egregia doctrina & bonitate uiro, D. Mi-  
chaeli Voctio, Musicae professori, a-  
mico suo charissimo,

S. D.

Amo studium tuum, quod ponis in Musica ex-  
colenda: & cuperem, ut perficeres libros, quos hic  
inchoabas. ἀποχηματισμόν, quem proximè misi-  
sti, legi, & nonnulla adscripti. De ordine sic sentio,  
quod ad Musicae diuisionē cattinet, ita ponendū eſ-  
ſe, ut à latere chartae scripsi, cū suis definitionibus.  
Ita enim artis uarietas magis perficietur. Deinde  
τὸ χρυσαύλιον de interuallis Arithmeticis et Musicis, ex  
una parte pingendum, & subſicienda primum Pro-  
cli, deinde Nicomachi uerba: ex altera parte τὸ  
εἰδώλιον alterum, de tribus modorum gene-  
ribus antiquis, ita ut rursus Procli uerba ſubiu-  
gantur, atq; item Platonis. In diuifione Musicae po-  
nantur definitiones omnium partium Latine, figu-  
ris postea ſubſcribatur Graeca. Hæc ſi cōſiderabis,  
etiam tu probabis. Vale, & me ama. Mise-

N. 1551.

Charissi-